

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes
aliquot**

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regularum Philosophicarum Disputatio XVII. continens Regula V.
pertinentes ad doctrinam Compararorum

urn:nbn:de:bsz:31-102400

liquid sine aliquo in rerum naturâ esse potest , ab eo realiter differt . Quod si itaque aliqua proprietas realiter ab essentia seu natura differat , saltem naturaliter sine ea naturam esse non posse , certum & concessum est , quicquid sit de potentia Dei absoluta . Poterat hæc Regula unâ cum praecedenti XI. commodè etiam ad sequentem referri Titulum vel Disputationem .

Regularum Philosophicarum

DISPUTATIO XVII.

continens

REGULA V.

pertinentes ad doctrinam.

COMPARATORUM

Aristoteles *I. Top. c. V.* ad problemata accidentis refert ea , quæ prædicantur per quādām comparationem . Unde cūm Lib. II. explicasset locos accidentis simplicis , statim in tertio subjungit eos , qui concernunt accidens comparatum . Nos iisdem insistentes vestigiis post Regulas ad doctrinam accidentes pertinentes , adducemus Titulum de comparatis . Quanquam certè non illa proponemus , quæ Aristoteles nobis in tertio libro reliquit , sed alia quædam , eaque paucissima , hic trademus . Ex iis , quæ Philosophus *I. c.* explicavit nonnulla inferius in Titt. de perfecto

&

e natureas,
nt, & vite
sic forma-
t unionem
re manent
enim ma-
ietatibus.
pluntates.
lis sit vo-
& diversa
& huma-
in eo esse
eius diffe-
miraculū
ur natura
versaliter
n. Pro-
s, quæ se-
oprietates
secundum
voluma-
, celebra-
ne hujus-
ntiam di-
e aperta-
, quod a-

& imperfecto, bono & malo videbimus; reliqua apud ipsum legantur.

REGULA I.

Sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis & maximè ad maximè.

Vel:

Sicut se habet positivus ad positivum, ita comparativus ad comparativum, & su. perlativus ad superlativum,
& vice versa.

I. V. g. bonum est expetendum. E. magis bonum magis expetendum, & maximè bonum maximè expetendum est.

II. Antonius Trompeta apud Cajetanum de ente & essentia in proem. quest. I. pro sententia Scotti, quod nimirum id, quod primò ab intellectu cognoscitur, sit species specialissima, ita argumentamur:

Id universale prius cognoscitur ab intellectu, cuius singulare fortius moveret sensum.

Sed singulare specieis specialissima fore non moveret sensum.

E. species specialissima prius cognoscitur ab intellectu.

Major patet, quia cognitio nostra intellectualis

ex

ex sensibus oritur. Minorem probat: Singulare movet sensum. E. maximè singulare maximè movet sensum. Sed singulare speciei specialissimæ est maximè singulare. Consequentia probatur: ut simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis, & maximè ad maximè se haber.

III. Respondet Cajetanus, minorem esse falsam. Quod probationem ejus attinet, negat consequiam, propterea quod juxta Thomam illa Regula Topica: *ut habet simpliciter, &c.* cui innititur illa consequentia, non valeat, nisi cum prædicatum subiecto convenit per se & secundum quod ipsum. Jam singulare, (ait) ita non movet sensum, secundum quod est singulare: ut hic color non movet sensum secundum quod est hic, sed secundum quod est color. Quæ responsio vindicetur stabiliri hoc argumento: Quoddam dulce est album, ut lac; nec tamen magis dulce est magis album, nec dulcissimum albissimum: ubi album de dulci non secundum quod dulce, sed per accidens prædicatur. In exemplo autem §. I. proposito prædicatum, nempè expetendum, competit bono per se & quantum est bonum.

IV. Fonseca Lib. VII. Inst. cap. XXX. Regulam nostram ex Aristotele aliis proponit verbis, & sequentibus explicat: *Si incrementum prædicati sequitur incrementum subiecti, prædicatum sequetur subiectum; quod si incrementum non sequitur incrementum, nec prædicatum se-*

que.

queritur subjectum. Ut si major virtus est melior, aut maxima, optima virtus utique est bona. Est enim par ratio. Quod si major non esset melior, aut maxima optima, nec virtus omnino esset bona: sunt enim & hec paria. Reciprocatur etiam hoc pronunciatum in hunc modum: Si prædicatum sequitur subjectum, incrementum prædicati sequitur incrementum subjecti: quod si prædicatum non sequitur subjectum, nec incrementum sequetur incrementum. Quod quidem sic efferrit solet: Ut simpliciter ad simpliciter, sic magis ad magis, & maximum ad maximum se habet. Ut si facere iuriam est malum, majorem facere peius erit, & maximam pessimum.

V. Et paulo post ita pergit: Verum tam prænuntiatum ipsi, quam ejus reciprocatio, intelliguntur de iis, que prædicantur per se. Alioquin non sive quaque veritatem continent. Non enim rectè dixeris: major vini usus est peior, aut maximus pessimus. Igitur usus vini est malus. Nec item: Exercitatio corporis est bona. E. major est melior: & maxima optima. Causa est, quia ante majori usui vini per se competit, ut sit peior, nec maximo, ut sit pessimus, nec exercitatio corporis est per se bona, sed per accidens; alioquin omnis exercitatio corporis esset bona, & omnis vini usus, malus. Haec fons seca,

RE.

In qu
I.
ristote
liquat
tatem
qua m
maxi
nus c
lidum
E. da
nunci
relati
II.
li, da
& mi
quod
III.
cum e
per re
cendi
bus p
est, q
ab eâ
sam p
sitive

R E G U L A II.

In quibus datur majus & minus tale, in iis
datur maximè & summè tale.

I. In hoc axiome fundatur argumentum Aristotelis, quod *X. Metaph.* cap. VI. probat, dari aliquam maximam differentiam, quam contrarietatem appellat, nempè: *In iis, que differunt, aliqua magis, aliqua minus diff. runt.* E. dantur, que maximè differunt. Ita, quia datur magis & minus calidum, datur aliquid, quod sit maximè calidum; Et quia datur magis & minus bonum, E. datur etiam summum bonum. Alii ita enunciant: *Magis tale & minus tale dicuntur per relationem ad aliquid, quod est summè tale.*

II. Sed objicitur: Si dato magis & minus tali, datur summè tale, sequitur, cum detur majus & minus malum, dari quoque summum malum; quod absurdum.

III. Respondet Durandus *I. diff. II. quest. I.* cum dicitur, quod magis & minus tale dicuntur per relationem ad aliquid, quod summè tale, dicendum, quod habeat solum veritatem in effectibus positivis, non autem in privativis. Cujus ratio est, quia unumquodq; reducitur in causam, sicut ab ea procedit. Effectus autem positivi habent causam positivam & positivè influentem, & ideo positivè reducuntur in eam. Et propter hoc, ubi est

Ecc.

mag.

RE.

magis & minus positivè dictum, oportet aliquid summè dari tale. Privativa autem non habent causam positivam & influentum, sed magis deficiente, & ideo non positivè reducuntur in eam. *sum* *causam positivam* *influentem*, ita ut sit aliquid summè privativum, quod in sua influentia causet alia privativa, sed reducuntur in causam positivam, non à qua fiunt per se, sed quæ potuit deficere & deficit. Et ideo malum cum dicat privationem, non arguit aliquid summè malum, à quo cauteatur, sed tantum arguit esse bonum, quod potuit plus vel minus deficere.

REGULA III.

A comparativō ad positivū affirmativā valet consequentia.

I. Sed obstat, quod rectè dico, aquam esse leviorē terrā; nee tamen verum est, quod levius sit. Sic & simplex furtum melius est sacrilegiō, nec tamen est bonum.

II. Sciendum, comparationem dupliciter sumi: I. propriè, prout exponitur per suum positivum, cum adverbio *magis*. Et sic levius idem est quod *magis* leve, & melius quod *magis* bonum. Ethoc modò à comparativō ad positivū affirmativè valet consequentia, ut: *Eruditio melior est divitias*, i. e. *magis bona*. *E. est bona*. *Terra est gravior aquā*. *E. est gravis*. II. *Impropriè*, ut exponitur per oppositum sui positivi cum adverbio *minus*:

minus: & sic *levius* idem est, quod *minus grave*,
& *melius* quod *minus malum*. Et hoc modo à
comparativō ad positivū non valet conse-
quentia, sicut argumentum §. p̄r̄c probat.

REGULA IV.

*Apositivō ad comparativū negativē
tantū valet consequentia.*

I. Ult. Non est bonus. E. non est melior hoc vel
illo. Non est leve. E non est levius hoc vel illo.

II. Adhibenda tamen eadem est distinctio &
cautela, quæ in Reg p̄r̄c. Vera enim est Règula
de comparativo propriè sumto, & ut importat po-
sitivum cum adverbio *magiſ*. Sed non est vera,
si comparativus importet oppositum sui positivi
cum adverbio *minus*. Non enim sequitur: *Ae-*
qua non est levius. E. non est levior terrā. Furtum
non est bonum. E. non est melius sacrilegio, si summa-
tur *levius pro minus gravi*, & *melius pro minus*
malo.

REGULA V.

Par parium est ratio.

I. Sive, quod valet in uno parium, valet, etiam
in altero, & quod in uno non valet, nec in altero
valet. Intelliguntur autem per paria commo-
dissimè hīc ea, quæ sunt aquæ probabilitia. Vult
igitur id propositio: *Quod si unum eorum, qua-*
que probabilitas sunt, verum est, etiam alterum ve-
rumerit. Si unum verum non est, neque alterum
verum erit.

Ecc 2

II.

et alia pri-
ositivam,
deficere &
vationem,
quō cau-
tad potuit

firmativi
quam esse
quod levis
silegiō, nec

plíciter su-
um positi-
vius idem
egis bonum,
ivum affir-
o melior est
Terra est
prise, ut ex-
adverbio
minus:

II. Scotistæ statuunt, attributa divina forma-liter ex naturâ rei distinguuntur inter se, tunc ab ipsâ essentiâ divinâ. Et cum objicitur, ex hac sententia sequi, in Deo esse compositionem aliquam, respondent, ex distinctione reali inferri quidem compositionem, sed non ex distinctione formalis ex naturâ rei, & hanc distinctionem posse stare cum summâ simplicitate.

III. Contra hanc sententiam possumus nos uti præsenti principio:

Si ex distinctione reali infertur compositio re-alis, etiam ex distinctione formalis ex natu-râ rei, infertur compositio formalis ex na-tura rei.

Sed prius verum est, afferentibus & concedes-tibus ipsis Scotistis,

E. & posterius.

Consequentia est manifesta, quia antecedens & consequens sunt paria. Sicut enim se habet di-stinctio realis ad compositionem realem, ita se habet distinctio formalis ex natura rei ad compo-sitionem formalem ex natura rei, quemadmodū quilibet intelligit. Si igitur ex illa distinctione

infertur realis compositio, etiam ex hac in-

fertur compositio formalis

ex natura
rei.

R. 474

EJU

A

tiner.
bet A
auten
tatu c
oppo
ideò
mus.

I.
VII.
stis &
Spec
& le
dos
iden